UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXCV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

ff. de dam. infect. Lucrũ.n. de quo loquitur d. l. titius.
capitur pro eo, quod extrinſecus prouenit extra rẽ, ſal
uo capitali, & deducto ex ipſa negotiatione omni dã-
no, & impenſa, ut in d.l. iuncto §. de illa. Inſt. de ſocie.
ubi lucrum, quod fit ex negotiatione, dicitur id, qđ
ſupereſt facta cõpenſatione dãni & lucri, ſed cõmo-
dũ, quod creditor ex cõtractu cambij in caſu noſtro
percipit, non eſt huiuſmodi, ſed potius dicitur dãni
uitatio, ergo clarè cõſtat ꝙ d.l. titius. ad caſum no-
ſtrum allegari non meretur. Adde, ꝙ ſi in caſu d.l. ti-
tius periculũ pecuniæ ſpectat ad creditorẽ, & non ad
debitorẽ contra regulã. d.l. incendiũ. propter pactum
expreſſè, & principaliter adiectũ in fauorem credito-
ris de habendo certã quantitatẽ lucri ex negotiatio-
ne pecuniæ faciendi, ut uolunt moder. poſt Dyn. in d.
l. ſi ſub d.l. ſi paſcenda. & Pau. de Caſt. ĩ d.l. titius.
contrarium dicendum erit in caſu noſtro, uidelicet, ꝙ
periculũ pecuniæ ſit debitoris, nam expreſſè, & prin-
cipaliter non fuit conuentum ad fauorem creditoris
de habendo certam pecuniæ quantitatem de lucro
ex negotiatione faciendo, & maximè cum in hoc ca-
ſu non fuerit actum, ut cũ pecunia negotietur. Nullo
itaque pacto tex. ille facit ad caſum noſtrum, nec ar-
guitur in contractu cambij dicendum eſſe. Et hęc
ultra rationes in aliis allegationibus datas ſuffi-
ciunt. ¶ Quoad aliud ſubtiliter ꝑ dominũ iudicẽ con
ſideratum ad demonſtrandũ illos de Coſpis nõ fuiſſe
in mora, ſed illos de Teſta, dico in primis, ꝙ pro parte
illorũ de Teſta ad concludendũ, ꝙ periculum pecu-
niæ perditæ ad illos de Coſpis ſpectauerit, & ſpectet,
non ſit fundamentũ in mora illorũ de Coſpis, quia ſi
ipſi fuerint in mora, ſiue nõ, idẽ dicendũ eſt, peri-
culũ eſſe eorũ, ex quo erant debitores generis, & quã
titatis, quoniam genus perire nõ põt, & ideò debitor
remanet obligatus ẽt poſt periculũ, ſiue ipſe fuerit in
mora, ſiue non. d.l. incendiũ. ibiq́ue doct. maximè Sa
li. fatẽtur oẽs in d.l. quod te. & in d.l. ſi ex legati cã.
Secundum uidetur, ꝙ illi de Teſta in caſu nr̃o fuerĩt
in mora conſtituti, poſito etiam ipſos ante excidiũ
urbis ſciuiſſe literas ex ciuitate Lugduni fuiſſe dire-
ctas illis de Coſpis, quibus eis mandabatur, ut pecu-
4 niam illis de Teſta in urbe ſoluerent. † Nã illi de Te-
ſta non potuerũt in mora cõſtitui, niſi poſtquã fuit ip
ſis ab illis de Coſpis per ſuas literas notificatũ, & ſigni
ficatum, ꝙ parati erant ſoluere, & ſic à tẽpore quo illi
de Coſpis mãdatum de ſoluendo receperunt, nã an-
tea non fuerũt in aliquo illis de Teſta obligati, ut ſu-
perius plenè dixi in aliis allegationibus, & uolunt ex-
preſsè docto. cõiter, quos ibi allegaui, maximè Bald.
& Sali. in l. pro debito. C. de bon. auct. iud. poſſid. Bar.
Pau. de Ca. & alii in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. Quòd au
tẽ illi de Coſpis mandatũ ad ſoluẽdũ acceptauerint,
& ſic acceperint literas ad eos ex ciuitate Lugduni
tranſmiſſas cũ effectu ſoluendi, non peruenit ad noti
tiam illorum de Teſta, niſi die nona Maij medianti-
bus literis illorũ de Coſpis datis, ſeu ſcriptis die 29.
Aprilis, ergo ante illud tp̃s diei nonæ Maij ipſi de Te
ſta non potuerunt in mora cõſtitui, cum prius certò
ſcire nõ potuerint illos de Coſpis eẽ debitores ſuos,
& poſſe eos ad ſoluendum cogere: ſtant.n. ſimul, ꝙ li
teræ cum mandato de ſoluẽdo alicui fuerint ad mer-
catorẽ tranſmiſſæ, & tamen ex hoc ſolum mercator
non ſit obligatus ſoluere, quia ita demũ mercator eſt
obligatus, & ad ſoluendum compelli poteſt, quando
ultra quod literæ fuerint ad eum datæ, ipſe etiam mã
datum de ſoluendo acceptauerit, ſecundum quod de
clarant doct. in d. l. pro debito. & in d. l. ſingularia. &
ego in aliis allegationibus plenè ſuperius dixi. Quib⁹
ſtantibus, ſequitur, ꝙ illi de Teſta ante excidiũ urbis
non potuerunt dici in mora conſtituti, cũ ſolũ poſt
excidium ad eos peruenerint literæ illorũ de Coſpis,
ut ſupra dictum fuit. Et ne longior ſim, eademq́ue ſæ
pius repetam, ulterius non inſiſto. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Depoſitarius qui etiam ſpontè ſe depoſito obtulit, non tenetur de facto tertii, qui rem depoſitam ſubtraxiſſe diceretur, ſeu pręſumeretur, quando illius tertii opera non utebatur, & ille tertius fuit exhibitus.*

2 *Aperiens, & reſignans ſcrinia præſumitur ipſe ſubripuiſſe, ſi quid inde ſubreptum fuit.*

3 *Depoſitarius quando de leuiſsima culpa teneatur.*

4 *Auctoritas ſuperioris ab omni culpa excuſat.*

5 *De culpa quando quis teneatur.*

6 *Filius etiam inter uolentes non eſt idoneus teſtis ne ad indicium quidem, & ſemiplenam probationem faciendum, eiuſque dictũ parenti non nocet.*

7 *Teſtis unius dictum ut indicium, ac ſemiplenam probationem faciat, quid requiritur.*

8 *Filius contra patrem non eſt idoneus, nec legitimus teſtis.*

9 *De facto alterius ut quis teneatur, quid requiritur.*

10 *Iuramentum in litem ad probandum amiſſionem rerum, earumq; eſtimationem, & quantitatem non defertur contra aliquẽ, qui ex facto, & dolo alterius teneretur.*

11 *Et quando, & contra quem iuramentum in litem deferatur.*

12 *Iuramentum in litem non habet locum, quando petitur æſtimatio, & quantitas rerum ratione culpæ, uel doli ficti, & præſumpti.*

13 *Beneficio nos adiuuari, non autem decipi oportet.*

EPITOME.

Depoſitarium, qui etiam ſpontè ſe depoſito obtulit, ex facto tertii ad periculum rei depoſitæ ſubtractæ, & contra eum iuramentum in litem præſtari non debere, hic demonſtratur.

CONSILIVM CXCV.

EXCELLENTISSIME domine, ſuper du
biis propoſitis ob tẽporis penuriã aliqua
breuiter pro ueritate ſcribã ad fauorẽ ma-
giſtri Maphei, qui poſito, ꝙ ob id, quod ſe
depoſito obtulerit, teneatur actione dire
cta ẽt ex leuiſſima culpa ſua ad periculũ rei depoſitę.
1 l.j.§. ſæpe. ff. depoſi. † non tamen tenetur de facto, &
delicto tertij, qui rem depoſitam ſubtraxiſſe dicere-
tur, uel præſumeretur, quando ille tertius eſſet talis,
cuius opera depoſitarius non utebatur, nam tunc de-
ponens non contra recipientẽ rem depoſitã, ſed con
tra illum tertium agere debet, & maximè quando il-
le fuit exhibitus, ut eſt tex. in l. 1. §. familię. uſque ad fi.
ff. de publica. & in l. j. in fi. ff. fur. aduer. nau. Sed in ca-
ſu, de quo agitur, ſaltẽ præſumptiuè apparet, ꝙ alius
quã magiſter Mapheus, ſeu aliquis de familia ſua ſub
ripuit, qm̃ conſtat, qui fuerint illi, qui ſcrinia aperue-
2 rũt, & reſignauerunt, ut in proceſſu, & † iuris præſum
ptione illi ſubripuiſſe cẽſentur, ſi quid inde ſubreptũ
fuit, ut præſupponunt doct. oẽs in l. ſi quando. C. un-
de ui. in l. unica. ff. furti aduer. nau. ibiq; Bart. & in l. 1.
§. ſi ciſta. ff. depoſit. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. &
in c. fi. quod met. cau. ergo non ſumus in caſu, in quo
3 depoſitarius de culpa leuiſſima teneatur, qm̃ † tunc
depoſitarius de culpa leuiſſima tenetur, quãdo rõne
illius culpæ depoſitarii periculũ, ſeu damnũ ſequutũ
fuit. d.l. 1. §. ſæpe. & ita loquitur Bar. in l. quod nerua. ĩ
8. q. ff. depoſi. At ĩ caſu nr̃o ſcrinia, ſeu, ut uulgo dñt,
fortieria, & conſequenter bona non fuerunt ex ali-
qua culpa etiã leuiſſima magiſtri Maphei ſubrepta,
ergo &c. Officiales enim gabellæ de mandato ſupe-
4 riorum ſcrinia aperuerunt, † quæ auctoritas ſuperio-
ris dictũ magiſtrũ Mapheũ ab omni culpa excuſat, ar
gu. d.l. 1. §. ſi pecunia. ff. depoſi. & l. cũ dñi. cũ ibi no. ff.
loca. Et ex his videt̃ magiſter Mapheus ſatis excuſari

ab hac apertura, & facto officialiũ, q hæres ex aliqua ipſius magiſtri Maphei culpa nõ prouenerũt, ergo de illorũ facto teneri nõ debet. Si autẽ dubitet̃, an magiſter Mapheus teneatur ex alia ratione, & ex alio facto, quàm ex dicta apertura, qđ factũ culpa ipſius etiã leuiſſima prouenerit, tunc dico magiſtrũ Mapheum non debere teneri, qm̃ de aliquo alio facto non conſtat, niſi de apertura, & reſignatione dictorũ officialium, non enim ꝯſtat res in ſcriniis poſitas fuiſſe igne conſumptas, nec furto ſubtractas, nec aliter ob iſtam culpã perẽptas, ergo nõ debet ipſe de aliqua culpa teneri, cũ ea aliquem caſum non p̃ceſſerit, & ad hoc, ut depoſitarius de culpa teneatur, requirat̃, ꝙ ex illa caſus, dãnũ, ſeu periculũ aliquod ſequatur, quod in caſu nr̃o nõ apparet. Et licet ex eo, qđ magiſter Mapheꝰ habuerit ſcrinia illa in ſala, ad quam aditus facile haberi poterat, & conſequenter non fuerit uſus ea diligẽtia, qua fuit in rebus ſuis uſus, & ſic in culpa eſſe dicatur, nõ tñ conſtat, ꝙ ob hanc culpã, & facilẽ aditũ ad illum locũ res poſitæ in ſcriniis fuerint perditæ, & ſubreptæ, ergo ipſe de hac culpa teneri non debet, iuxta ea, q̃ uoluit Bar. in d.l. qđ nerua, & eſt tex. in d. l. 1.
5 §. ſæpe. Nã † de culpa quis tenetur, quãdo illa p̃ceſſit caſum, & fuit cauſa periculi, & damni, & non in alio caſu, ut probant omnia iura: & hæc benè conſiderentur, quia medullã rei in caſu, de quo agitur tangunt. Præterea, ꝙ magiſter Mapheus non fuerit uſus diligẽtia, qua in rebus ſuis uſus fuit, & ꝙ facile per feneſtrã aditus ad locũ haberi poſſet, nõ fuit ꝑ partem aduerſam probatum, & cum iſtud eſſet fundamentum intẽtionis ſuæ, debuit hoc probare. c. 1. ut eccleſ. benefic. l. ei. qui. ff. de probat. & l. qui accuſare. ff. de edẽ. & ſi diceretur hoc fuiſſe probatũ ex atteſtatione filii magiſtri Maphei examinati ad inſtantiã aduerſarij, reſponderi põt, ipſum non dicere, ꝙ pater eius in loco illo bona propria non teneret, neque reconderet, nec ꝙ ſolitus eſſet maiori in rebus ſuis diligentia uti: & poſito dictũ eius filiũ hoc dixiſſe, tamen non probaret, tum quia eſt ſolus, & ſingularis, neque in hoc cõteſtẽ
6 habet, tum quia † filius etiã inter uolentes nõ eſt idoneus teſtis, eiusq; dictũ parenti non nocet. Quod eſt adeò uerum, ut ne indicium quidem, nec ſemiplenã probationem faciat, ergo cum aliis ſemiplenis probationibus iungi non põt, nec debet, neque poteſt iuramentum deferri ad no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. fi. eo. tit. qđ aũt non faciat etiam indicium
7 contra patrẽ, probatur, nã † ad hoc, ut dictũ unius teſtis faciat indicium, & ſemiplenã probationẽ, debet eſſe ille teſtis aliàs idoneus, & omni exceptione maior, ut uoluit Bar. in l. fi. ff. de quęſt. & in d. l. admonen
8 di. & Abb. & alij ĩ c. tertio loco. de probat. Sed † filius contra patrem non eſt idoneus, nec legitimus teſtis. d. l. parẽtes. & l. lege iulia. ff. de teſtib. ergo examinatꝰ indiciũ & p̃ſumptionẽ non faciet. Rurſus & ſi magiſter Mapheus dicat̃ fuiſſe in aliqua culpa non conficiendo inuentariũ, & deſcriptionẽ coram honeſtis ꝑſonis poſt aperturam, & reſignationem ſcriniorũ ab officialibus factam, iuxta d. l. 1. §. ſi pecunia. ff. de depoſit. hoc tñ ipſi nõ eſt imputandũ duplici rõne, prima, quia non eſt probatum, ꝙ ob hanc non cõfectionẽ inuẽtarij deponens fuerit paſſus damnũ, & ideò rõne huius culpæ nõ debet teneri, qm̃ de culpa quis nũquam tenetur, niſi propter illã damnũ, & periculũ ſequutũ fuerit, ut q̃a culpa præceſſerit. l. opus. & l. ſi fundus. cũ glo. in uer. teneris. ff. loca. cum ſimil. Secũda, quia tẽpore aperturæ, & reſignationis magiſter Mapheus erat abſens, ergo eſt excuſandus. Tertio probatũ fuit, ꝙ, facta apertura, reſignatione, & inquiſitione ꝑ officiales, ſtatim ſcrinia fuerunt clauſa eo mõ, quo prius erant, & claudi poterant, coram illis teſtibus, q tunc ibi aderant, ergo ex hoc ab hmõi culpa poſſ[...] excuſari, arg. d. l. 1. §. ſi pecunia. ¶ Sed præſuppoſ[...] nõ tñ conceſſo, ꝙ magiſter Mapheus fuiſſet in cu[lpa] & ob culpã damnũ, & periculũ aliqđ fuiſſet ſequ[...] tñ non uideo nos eſſe in caſu, in quo aduerſario [...] ramentũ in litẽ deferendum, cum non agatur c[ontra] magiſtrũ Mapheũ ex facto, dolo, ſeu delicto ſuo, [...] alterius, hoc eſt ꝑꝑ aperturã ſcriniorũ à gabellanis [fa]
9 ctã, nã † ad hoc, ut quis teneatur ꝓ facto, ſeu delicto alterius, requirit̃, ꝙ fuerit ſaltẽ in culpa in adhibẽdo tales miniſtros, & non prohibendo illos, cũ poſſet prohibere. l. ex maleficijs. §. fin. ff. de act. & obl. & l. 1. Inſt. de ob. quæ ex quaſi malefi. & ꝑ totũ nautæ caup. ſtab. Sed magiſter Mapheus non adhibuit gab[ellanos ad] hoc, uel ad aliud miniſteriũ, neq; illos prohi[bere po]tuit, ergo non debet ex illorũ facto teneri, ſed p[ubli]canus eorũ magiſter. l. 1. §. familiæ. & l. quantæ. ff. de publ. &, ut dicit Bal. in l. 1. & in l. ex diui. C. loc. ſpeciale eſt in odiũ nautarũ, ſtabulariorũ, cauponum, & publicanorũ, ꝙ ipſi de facto, & delicto miniſtrorum [ſuo]
10 rũ teneant̃, ut in iuribus p̃alleg. Præterea † qñ agi[tur] ꝯ aliquẽ ex facto, & dolo alterius, & ſumus ẽt in ca[ſi]bus, in quibus is de iure teneatur, ac ſit condemnandus, quia cõſtet de illo facto, & delicto, iuxta c. j. de re[ſ]ti. ſpol. & l. ſi qñ. C. unde ui. cũ ſimi. nunquã ad probandum amiſſionẽ rerũ, ac earũ quantitatẽ, & æſtimationẽ defertur iuꝛm in litẽ, ſed res ipſæ, & quãtitas, & æſtimatio earũ probari dẽt, qñ ſumus in caſu, in quo cõſtat, illũ, q cõuenitur, nõ ex ſuo, ſed ex alterius dolo
11 cõueniri, † deferẽ. n. hmõi iuꝛm in litẽ ſolũ cõtra aliquem conuentum ratione ſui doli, nec ſufficeret, ꝙ eſſet in lata culpa, quæ eſt dolo proxima, ad not. per docto. maximè Alex. Iaſ. & alios in d. l. in actionibus & hæc eſt opi. cõis, ut atteſtatur Iaſ. in d. l. in actionib. col. pe. q conſiderat quatuor caſus, & tertius eſt n. & Alex. ibi, qui dicunt, ꝙ opin. Bar. in l. ſi quando. C. unde ui. in d. l. unica. ff. furti aduer. nau. & in l. ne quid. ff. de incẽ. rui. & nauf. qui hoc expreſſè tenuit, eſt cõis, quicquid aliqui ibi ẽt per Bar. relata, & contrariũ tenẽtes dixerint. An aũt magis ſit credendũ Iaſ. Alex. & Imo. atteſtantibus opin. Bar. eſſe cõem, quã doctori uiuenti, & in præſenti cã cõſulenti, quilibet facile põt iudicare: & opin. p̃dictã Bar. ſequũtur Cy. & Io. Din. & Io.
12 And. in addi. in titu. de raptor. dicẽtes, ꝙ † hoc iuramentũ non hẽt locum, quando petitur æſtimatio, & quantitas rerũ ratione culpæ, uel doli ficti, & p̃ſumpti: & huius ultimi ratio eſſe poteſt, quia dolus fictus, & præſumptus eſt potius lata culpa, quàm dolus propriè, ut declarant Bar. & alij in d. l. qđ nerua, & rõne latæ culpæ hoc iuramentũ non præſtatur ad tradita per Alex. Iaſ. & alios in d. l. in actionib. Hanc eandem Bar. ſn̄iam ſeq̃tur Salic. in d. l. ſi quãdo. & ibi Bal. & Iac. de Belui. in auth. ut nulli iudicũ. §. qm̃. coll. 9. uel ut atteſtatur Io. de Imo. idẽ ſequẽs in d. c. fin. qđ m[...] Conſtat itaq; opin. illã eſſe cõem, & cõſequẽter in cõſulẽdo ſequẽdã, & magis in iudicãdo, qm̃ iudices maius p̃iudiciũ inferunt, ut habetur per Io. And. & canoniſtas in c. j. & in c. ne innitaris. de cõſti. & c. 1. de re iudi. in 6. His pro reſolutione dubiorũ excellẽ. do. iudicis ueloci calamo, & breuiter ſcriptis ſum pro rõe cõtẽtus. Cætera, in q̃bus defeci, ſuppleat ipſe, cui plurimũ pro iuſtitia commendo cauſam huius optimi uiri, q in nullo peccauit, niſi in præſtando beneficium
13 amico, & † beneficio oportet nos adiuuari, nõ aũt decipi. c. 1. extra de cõmod. Videatur ẽt, & ad fauorẽ magiſtri Maphei benè ponderetur tex. in c. 1. de depoſ.

SVMMAE.

1 *Oblatio uerbalis non ſufficit, ubi ea requiritur.*
2 *Niſi uerbalis oblatio facta eſſet in iudicio.*

Oblatio